



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi  
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus  
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris  
succinctim complectens**

**Klinge, Konrad**

**Coloniae, 1570**

**VD16 K 1309**

De conuicijs hæreticorum in Catholicos. tit. 205

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29452**

lum sacerdotis officium faciunt, (ad Philipp. 2. Omnes quærent quæ sua sunt, &cæt.) illis væ Deus mutatur. Nam bona subditorum solum rapiunt ad viduum & vestitum. Sic & quidam nostri Canonici, Episcopi & Monachi.

Quartò, Apostolus 1. Timoth. 5. inquit: Qui benè præsumt Presbyteri, verbo scilicet & vita, duplici honore digni sunt, & habeantur Primò, quia prædicant: Secundo, quia vitam bonam & exemplarem agunt: idèò subiungit maximè qui laborant in verbo & doctrina, quia scriptura dicit Deut 25. Non refrenabis os boui trituranti. Et, dignus est operarius &cæt. Et cap. 3. inquit: Qui episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Sed est valdè onerosum officium, & periculosum si non rectè assumatur, sed solum propter prouisionem, aut negligatur assumptum &c.

### DE CONVICIIS HAER.

*ticorum in Catholicos,*

TITVLVS CCV.



PRIMò, hoc signanter est notandum, quòd non veritas & iustitia, sed odium & inuidia est causa omnium conuictorum. Sic prima calumnia fuit serpentis in Deum, Genes. 3. qui arguit de mendacio Deum, nequaquam, inquit, sic est. Sic Christus vocatur seductor, possessus à sathana, Luc. 11. peccator, Ioan. 9. Sic omnes sancti Prophetæ, Apostoli, Martyres, &cæt. hæc pertulerunt à Iudæis, Gentibus & hæreticis.

SECVNDò, duo sunt quibus hæretici coram vulgo suam statuunt hæresim, nempe conuicta & cal. sensus vulgi. Sic conuictatur ore Semei Daud. 2. Reg. 16. habens in parte sua plebem vulgi. Sic expellitur & conuictus afficitur Christus in die Palmarum ex Hierosolyma, Mat 21. Sic inquit Augustinus libro 3. con.



tra literas Petiliani, capit. i. Hęc est hæreticorum con-  
ditio, vt relicta causa & negotio fidei, quum vincere  
non possunt, vt in personam & vitam ministri, maledi-  
ctis & opprobrijs linguam plenam laxent, vt sic  
vulgo fucum faciant iustitiæ, sicut Absalon, quando  
patrem non poterat vincere, vxores eius defœdauit,  
1. Reg. 16. Sic Augustinus, agit cum hæreticis, quod  
sacramenta non essent hominis, sed Christi, qui bap-  
tizaret, Ioann. 1. absolueret verbo suo, Ioan. 20. con-  
secraret, Matth. 27. Et quod sacramentum non esset  
malum, etiam si minister esset malus, &cæt. Ad tra-  
ductiones currunt coram populo Hæretici, quando  
vincere non possunt vnitatem Catholicam, & vi-  
dent constantes Catholicos in doctrina Catholica,  
circa fidem & sacramenta, & illorum doctrinam non  
volunt suscipere: currunt ad conuicia, lapides & lig-  
na mouent. Et pessimè conuiciantur in Catholicos,  
Pontificem, Episcopos, &c.

Tertiò, Quoniam vna est Ecclesia diffusa per totũ  
orbem, & vna fides, doctrina de sacramentis vna Ca-  
tholica, & cæremoniæ, Ephe. 4. Quotquot ergò nunc  
eandem fidem & doctrinam Catholicam tenentes &  
profitentes, conuicijs à sectarijs afficiuntur, illi non  
soli nec in propria persona ea patiuntur, sed cum to-  
ta ecclesia ab initio, cum SS. Mattyribus, Apostolis,  
& omnibus, qui fuerunt constantes Catholici, illa ex  
quo ferunt, qui omnes simul à schismaticis maledi-  
cuntur. Et de hoc commendat Paulus Philip. 1. cap.  
constantes in fide, Hęc est dulcedo atque gaudium  
nostrum, quoniam digni sumus pro Christi nomine,  
cum tota Ecclesia Catholica & omnibus catholicis  
contumeliam pati, Actor. 5. Et Paulus cum gaudio ad-  
implet passiones Christi in corpore suo Col. 1. Sic  
consolatur Petrus 1. Petr. 5. Scientes eandem passio-  
nem quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. Ideo  
vigilate, & sobrij estote.